

gegen die Anordnungen der Visitatoren ihm ertheilten päpstlichen Auftrags auf Ersuchen der Appellanten an die gesammte Geistlichkeit der Magdeburger Diöcese die Aufforderung, quatinus infra sex dierum spatium post praesentationem seu notificationem praesentium vobis seu alteri vestrum factam immediate sequentium et postquam pro parte dictorum dominorum praepositorum et capitulorum s. Thomae — in Lipcz, s. Petri Montis sereni, b. Mariae extra muros Aldenborch ac b. Aerae Misenensis principalium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus —, Paulum s. Mauritii intra nec non Johannem Novi operis extra muros Hallenses monasteriorum praepositos ex adverso principales — in eorum propriis personis si ipsorum praesentias commode habere poteritis alioquin in hospitii habitationum suarum si ad ea vobis tutus pateat accessus et in parochiali seu parochialibus sub qua vel quibus degunt et morantur, sin autem in cathedrali Magdeburgensi et dictis parochiali seu parochialibus ecclesiis aliisve ecclesiis et locis publicis quibuscunque — ex parte nostra — publice — citare curetis —, quatinus quinquagesima die post citationem nostram huiusmodi — immediate sequenti si ipsa dies — iuridica fuerit et nos vel alius forsan loco nostri interim surrogandus auditor ad iura reddendum pro tribunali sederimus vel sederit, alioquin proxima die iuridica ex tunc immediate sequenti qua nos vel surrogandum auditorem — Romae vel alibi ubi tunc forsan dominus noster papa cum sua curia residebit in audientia causarum apostolica mane hora causarum consueta ad iura reddendum pro tribunali sedere contigerit compareant in iudicio legitime coram nobis vel surrogando auditore — per se vel procuratorem aut procuratores suos — praefatis dominis praepositis et capitulis principalibus seu eorum legitimo procuratori — de iustitia responsuri etc. *Zugleich ergeht an diejenigen, an welche diese Zuschrift gerichtet ist, der Befehl*, quatinus post legitimam dictae citationis executionem reverendo patri domino .. episcopo Magdeburgensi eiusque in spiritualibus et temporalibus vicario et officiali generali ac universis et singulis dominis officialibus iudicibus commissariis delegatis subdelegatis ordinariis extraordinariis — et praesertim Paulo s. Mauritii intra nec non Johanni Novi operis extra muros Hallenses — monasteriorum praepositis —, de quibus pro parte — praepositorum et capitulorum s. Thomae apostoli in Lipcz, s. Petri Montis sereni, b. Mariae extra muros Aldenborch ac b. Aerae Misenensis canonicorum regularium monasteriorum — super hoc fueritis requisiti —, inhibeatis —, ne ipsi seu eorum alter aut quicumque in causa et causis huiusmodi in vilipendium litispendentiae — quidquam per se vel alium — attemptare vel innovare praesumant etc. Diem vero citationis et inhibitionis vestrarum huiusmodi atque formam et quidquid in praemissis feceritis nobis vel surrogando auditori — per vestras patentes litteras sigillis authenticis sigillatas aut instrumentum publicum harum seriem seu designationem sufficientem in se continentes sive continens remissis praesentibus fideliter intimare curetis etc. Datum et actum Romae in domo habitationis nostrae — 1452 — indictione quintadecima die vero Jovis vicesima septima mensis Aprilis etc.

Orig. mit dem Siegel an rothseidener Schnur im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

Im Registrum copiarum fol. 143 ist der Abschrift dieser Urk. als Ueberschrift beigefügt: Citatio capitulorum ad Urbem in causa appellationis, sed quia non comparuerunt qua de re ob eorum contumaciam condempnati fuerunt et perpetuum silentium super molestatione nostra eis est impositum.

### No. 240. 1452. 5. Mai.

Agapitus Cincii de Rusticis utriusque iuris doctor etc. *erlässt in Appellationssachen des Thomasklosters und anderer Augustinerchorherrenstifter (No. 239) gegen die Visitatoren auf Antrag der Appellanten an die gesammte Geistlichkeit der Magdeburger Diöcese den Befehl*, quatinus infra sex dierum spatium post praesentationem seu notificationem praesentium vobis vel alteri vestrum factas — et postquam pro parte dictorum dominorum praepositorum et capitulorum s. Thomae apostoli in Lipcz, s. Petri Montis sereni, b. Mariae extra muros Aldenborch